

*133. Instrumentum venditionis di
Giacoma, badessa del monastero
di S. Lazzaro, in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*133. Instrumentum venditionis di
Giacoma, badessa del monastero
di S. Lazzaro, in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1435-05-26

(c. 201v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
tricesimo quinto, regnante serenissimo domino domino
nostro Alifonte Dei gratia rege Aragonie, Sicilie,
Valentie, Mayorice, Sardinie et Corsice , comite
Marchinone , duce Athenarum et Neopatrie ac etiam
comite Rossilionis et Ceritanie anno primo feliciter
amen, die vicesimo sexto mensis madii, tertie decime
inditionis, aput civitatem Potentie.

1

2

Nos Iacobus Curialis de Potentia ipsius civitatis annalis
iudex, Tomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet
per provincias Principatus citra et ultra terras Montorie
<sic>, Capitinated <sic> et Basilicate regia autoritate
notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et
rogati, presenti scripto publico fatemur atque testamur
quod du(m) pro parte sororis Iacobe venerabilis abatisse
monasterii Santi Lazari de Potentia // (c. 202r), ad
requisitionis instantiam eiusdem domine abatisse nobis
personaliter accersitis ad dittum monasterium, situm et
positum intus civitatem Potentie in parrochia ecclesie
Sante Trinitatis, suis loco et finibus designatum, in quo
loco et monasterio invenimus s(ci)l(ic)et in quadam
sala ipsius monasterii subscriptas sorores moniales et
dittam abatissam ad capitulum ad sonum campanelle
unanimiter congregatas, ut moris est, videlicet: sororem
Caterinam de Anselmo, sororem Lisabetta de Luce(n)ta,
sororem Angelillam de Laurino, sororem Isabellam de

Così S per Alfonso

Così S per Barchinone

Satriano et sororem Paulam de Chichinina de Tito, que quidem domina abatissa asseruit coram nobis quod dittum monasterium habet, possidet et tenet quodam molendinum situm et positum in tenimento civitatis Potentie et indiget multis reparationibus tam de macina et attatione budealis per quem defluit ad aquam ad dittum molendinum pro macinando; et macinare non pot(ens), deficientibus macina et reparatione budalis preditti, ruina et precipitium minabant et quia in eis melius construttis et edificatis oportebat, ex magna necessitate et utilitate, construi et attari dittum molendinum de macina et reparatione budalis, et quoniam non existentibus in ditto monasterio aliquibus redditibus rebus mobilibus ab habendam pro ipsa ecclesia et monasterio pecuniam // (c. 202v) comode distribuendam, alienar(e) et vender(e) infrascripta, videlicet quandam terram quam dittus monasterium tenet et possidet in tenimento civitatis Potentie in contrata ubi dicitur la Cornisana, confinatum a superiori parte iuxta terram quondam Iacobi de Aliduca mediante via puplica, ab inferiori parte iuxta terram ecclesie Santi Michaelis mediante via puplica, ab inferiori parte iuxta viam puplicam et terram Santi Laurentii mediante limite, ab alia parte et latere iuxta terram ecclesie Santi Gerardi que dicitur la Cornisana mediante cursu aquarum et alios confines, minus erat ipsi monastario dapnosa inmo magis utile et necessarium quam altar(e) possessionis eiusdem monasterii. Ut hec omnia vera esse et dum abatissa et universarum et singularum ipsius monasterii monialium asseruit cum consensu ibidem presentium, testimonium in hoc habere et nobis etiam per alias indagaciones, quas cautela iuris et fidei requirit, constitit evidenter, idcirco ditta abatissa cum consensu supradittarum monialium sororum suarum

exposuit venalem petiam ditte terre et quia alienat(io) minus dapnosa immo magis necessaria erat monasterio supraditto et ipsam venalem fecit per totam civitatem puplice voce preconia divulgari et deduci ad notitiam singulorum; cumque comparuit coram ditta abatissa venerabilis vir dominus Comius de Bonopari, // (c. 203r) archipresbiterecclesie Santi Girardi et dominus Lucas de Zoffo, canonicus eiusdem maioris ecclesie Potentine, procuratores eiusdem ecclesie ut dixerunt, volentes emere dittam terram pro ecclesia Santi Gerardi et offerentes, nomine et pro parte ditte ecclesie, ut dixerunt, se daturos de ditta terra in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis et usualis regni pecunie et ponderis generalis, uncias duas et tarenos quinque ditte abatisse. Que ditta abatissa et moniales pro ditta terra, offerentis nomine vero expresso, fecerunt iur(idice) per terram voce preconia publice subastare et deduci ad notitiam singulorum ut, si quis vellet predittam terram pretii preditte quantitatis in aliis promovere et augere, coram domina abatissa comparere debeat, parata promotionem ipsam admittere et ipsius monasterii conditionem in hac parte facere meliorem; nullo ergo comparente promotore infra triduum vel post [quod] pretium predittum in aliquo augmentare, preditta abatissa, presentibus supradittis monialibus, considerans quod ditta terra iusto equo pretio dehestrahabatur <sic> et in hoc ipsa ecclesia nullatenus defraudabatur et nullus aliquis comparuit qui offeret maiorem pretium seu tantumdem, preditta abatissa et supraditte moniales consentientes prius in nos predittos iudicem et notarium cum scirent ex certa eorum scientia nos suos iudicem // (c. 203v) et notarium in hac parte non esse, iurisdictionem nostram voluntarie

prorogando, vice et nomine ditti monasterii, una cum consensu et voluntate etiam venerabilis viri domini Guglielmi de Mallano archidiaconi Potentini, vicarii et venerandi in Christo patris domini S. episcopi Potentini, presentis et in toto presenti contrattu licentiam prebentis et concedentis, de com(uni) voluntate et licentia ac consensu ditti vicarii nobis constitit plena fide non vi, dolo, metu dutte nec aliquibus suasionibus circumvente, sed solum pro expensis ditte machine <sic> et reparatione ditti budalis, pro maiori et non minori utilitate ditti nomasterii sicut eis utile et expediens visum fuit, vendiderunt, alienaverunt et per fustim tradiderunt et assignaverunt iure proprio et inperpetuum dittis domno Comino archipresbitero et domno Luce de Zoffo cantori, procuratoribus ditte [mayo]ris ecclesie Potentine et totius capituli et successores ipsorum, pro se et successoribus eorum ementibus, recipientibus terram predictam per fines et latera ut superius designata, ad habendam, tenendam, possidendam, donandam, permutandam, nec non et quocumque modo ditte ecclesie et capitulum et clerici facere voluerint tamquam plus offerentibus, solventibus de ditta ipsa, cum omnibus et singulis iuribus et proprietatibus quam habere supra se et intra se seu extra se in integrum, omnique iure et attione, usu, requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente pro preditto monasterio, pro preditto pretio unciarum // (c. 204r) duarum et tarenorum quinque, quod pretium in bono et eletto auro et argento predicta abatissa, presentibus, volentibus et consensientibus et ratum habentibus ac ratificantibus monialibus memoratis, coram nobis confexa fuit se recepisce et manualiter habuisse ab emptoribus supradittis tamquam plus exinde dantibus et offerentibus et solventibus de terra preditta, totum

silicet pretium venditionis ipsius inter eos conventum; promittentes ditta abatissa et preditte moniales, pro se et earum successoribus, dittis emptoribus, pro se et eorum successoribus ditti capituli stipulantibus, litem vel controversiam seu questionem aliquam de ditta terra ullo unquam tempore non inferre vel inferenti consentire vel absentire, sed dittam terram eisdem emptoribus et eorum successoribus ab omni homine, collegio ecclesiastico seu persona legitime defendere, guarentire, disbrigare ac de evitione teneri et dittam venditionem et omnia alia et singula supraditta et infrascripta rata et firma habere, tenere et numquam contrafacere vel venire, per se vel earum successores, de iure vel de fatto, aliqua occasione, modo, ingenio seu trattatu, sub pena tarenorum auri quatuor, medietate ipsius pene episcopali curie Potentine vel alteri curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela persolvenda et altera medietate parti observanti et lese preditte, me preditto notario tamquam persona publica pro parte ditte curie et dittis emptoribus pro «se» et // (c. 204v) suorum successoribus ac ditta abatissa pro se et nomine ditti conventus et monialium successorum suarum solemniter et legitime stipulantibus penam ipsam; qua commissa vel non commissa, exatta vel non exatta, soluta vel non soluta seu gratiose remissa, ditta venditio sicut predictur et predictaque omnia et singula in suo semper robore et efficacia perseverent et presens nihilominus venditionis instrumentum cum omnibus que in se continet et vallatum semper obtineat firmitatem, cum refettione omnium damnorum interesse et expensarum litis et extra que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento ipsorum emptorum et successorum eorum, nulla alia

probatione quesita. Renuntiaverunt ditta abatissa et preditte moniales super his voluntarie et expresse pro cautela dittorum emptorum, cum consensu dicti vicarii, exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, exceptionis et fraudis reique preditto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, exceptioni non numerate pecunie, non habite et non recepte ac non boni argenti, privilegio ecclesiastico, iuri canonico vel civili, beneficio restitutionis in integrum et omnibus aliis iuribus et auxiliis omnium iurium utriusque ac legum que in corpore utriusque legis reperiunt que essent in // (c. 205r) presenti instrumento particulariter annotate pro expressis intelligantur; in eo legi resissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renunciari non potest, quibus et propter que ditta venditio et scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi et proinde ac observatione singulorum et quod omnia vera sint et non contraveniendo, preditta domina abbatissa et preditte omnes moniales coram nobis predittis emptoribus procuratoribus ad santa Dei evangelia corporaliter tatta ut supra ad santa Dei Evangelia iuramentum prestiterunt omnia vera esse et non contra facere vel venire; et voluerunt partes ipse quod si aliqua iuris sollemnitas in presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligantur in eo et totiens refici et emendari possit quotiens opus fuerit, veritatis substantia non mutata. Unde ad futuram rei memoriam et preditte abatisse et prefatarum monialium preces, dittorum emptorum procuratorum nomine et pro parte ditte ecclesie et successorum suorum cautelam, fattum est presens instrumentum per manus mei preditti notarii,

signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac
testium nostrum predittorum subscriptionibus // (c. 205v)
roboratum.

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

Quod scripsi ego predittus Tomasius puplicus ut supra
notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo solito signo signatum. (SN)

Dubito della lettura

Così S per quam

Così S, superfluo

Così S per alienatio

Così S per venditio

Così S per alterius

Così S per comparuerunt

Jacobus Squaquera, già monaco e poi abate del monastero
cistercense di Santa Maria dell'isola di Ponza, fu vescovo
di Potenza dal 25 febbraio 1429 al 1450, anno della sua
morte (Gams, *Series episcoporum*, p. 914; Eubel, *Hierarchia
catholica*, I, p. 407; II, p. 218).

Così S per terra

Così S per deceptionis

Ego Antonellus de Roto ad contrattus iudex vigore et autoritate quarundam reginalium litterrarum cum potestate michi concessa per dittam magestatem <sic> quod possui me subscribere loco iudicum mortuorum non quod fateor me interfuisse in presenti contrattu, sed ut reperi <sic> in attis et prothocollis notarii Tomasii Strambi subrogatus mea propria manu subscripsi et proprio signo signavi. (S) † Ego frater Robertus abbas Santi Angeli de Bosco testis sum † Ego donnus Antonellus de Zaula de Potentia testis sum † Ego dominus Leonardus de Aquino testis sum Ego dominus Iacobu archipresbiter Roti testis interfui Ego Iacobus de Bonoioanne testis sum